

**2509** (*equus*) Albanus Excingi f. eques | ala Asturum, natione Ubius, | stip. XII an. XXXV, h. s. est. Rufus frater et Alba . . .

*Chalon rep. a. 1859 (Canat inscr. de Chalon-sur-Saone p. 55 cum tab.).*

**2510** Scaurus | Ambitouti f. | domo Nantuas, | eques ala | [B]osphoranorum<sup>1</sup>, | h. [s.] e.

*Prope Europum (Djerâbis) ad ripam Euphratis (III S. 6707 Mommsen vidit ectypum). — 1) Alam (primam) Bosporanorum praeterea testatam habemus in Dacia tantum (cf. supra N. 2006).*

**2511** Bargathes | Regebali f. | eq. alae Aug. | Itryaeorum do|mo Itryaeus, an. | XXV stip. V, h. s. e. | Zanis dec. et Bar|amna Beliabi f. | et Bricbelus fratres | heredes posierunt.

*Olim Ebersdorf prope Vindobonam, rep. ut videtur Arrabonae (III 4574 bis descripta saec. XVI).*

**2512** (*equus hostem prostratum interficiens, pone servus*) T. Flavius Bassus Mucalae | f. Dansala<sup>1</sup>, eq. alae Nori|coru. tur. Fabi Pudentis, | an. XXXXVI stip. XXVI, h. f. c.

*Coloniae Agrippinae rep. (I. Klein Rh. Jahrb. 1886 p. 404 cum tab. 4). — 1) Eiusdem originis sunt milites cohortis quartae Thracum, ap. Brambach 980. 1290. Significantur Denseletae (sic Cic. in Pis. 54, 84; Plin. h. n. 4, 40) sive Dantheletae (Strabo p. 348 cet.) populus Thraciae.*

**2513** (*equus, hostis prostratus*) Ti. Claudius M[i]n|tai f. Cilius<sup>1</sup> Lusitanus, eques ala|e Pannoniorum I, | v. a. XLV, militavit | a. XXVII, h. s. e., h. p.<sup>2</sup> Cla|udia Primigeni et | Fortunata l. l.<sup>3</sup>

*In agri Cirtensis pago, cui nomen fuit Phua, rep. (VIII 6509 cf. Eph. ep. 5, 889 vidit Schmidt). — 1) Cilius cognomen est in Lusitanis frequens (cf. C. II p. 756). — 2) Heredes posuerunt. — 3) Libertae (?).*

**2514** [Ti. Claud]ius Congonetia[us] eq. alae II Thracum<sup>1</sup>, | [n]atione Biturix, an|norum LX stipendio|rum XXXII, h. s. e., s. t. t. l. | Ti. Claudius Viator et Ti. Clau|dius Clemens et Claudia | [Mau]rica filii eius heredes | [ex] testamento facien|[dum cur]averunt.

*Caesareae (Cherchel) Mauretaniae (Eph. ep. 5, 938 descr. Schmidt). — 1) Cf. supra N. 2003.*

**2515** (*equus cum pedite pugnans, pone equitem servus*) T. Flavius | Crenscres | equ. ale Tam. ve|x. Brit.<sup>1</sup>, an. XXX st. XV, | dom. Durocor. Rem.<sup>2</sup>, | h. s. e. Flavius Silvan|us dec. a[lae ei]usd. | h. [e.] f.

*Carnunti (Petronell) (III 4466 semel descripta). — 1) Eques alae Tampiana vexillationis Britannicae. (Ala prima Pannoniorum Tampiana recensetur inter auxilia exercitus Britannici a. 105, supra N. 2004.) — 2) Domo Durocortoro Remorum (vel: Remus).*

**2516** (*equus hastatus, infra iacet hostis caesus*) Iulius Lon|ginus Doles<sup>1</sup> | Biticenti f., Bessus, eques ala | Tautor. vic. c. R. e.<sup>2</sup>, | an. XL aer. XXII, h. s. e. | Sulpicius Susulla | et Fuscus Bitius | h. ex t. f. c.